



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopi Sine consensu an iuspatronatus acquiri possit? Allegatio LXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

nullitatis actus, *Flamin. dict. quaſt. 6. numero 230.*

50 Pro complemento viſum fuit *Proſper de Auguſtino loco proxime citato* inſinuare non obſtante prædicta *Py. Quinti conſtitut.* prohibente, vt in huiusmodi renunciatioe cotam Ordinario faciendâ, nec etiam nutu designati poſſit ſucceſſor in beneficio, aliâs collatio ſit inualida, poſſe reſignantem nutu non præcedente demiſſione factâ in foro conſcientiæ rogare collatorem abſque labe ſimoniæ, vt conferat beneficium à ſe nominato, neque enim peccare renuncianteſ ea intentione, vel ſpe concepta, quod Ordinarij conferrent illud beneficium, cui ipſi vellent, quando nihil horum eſt in conuentione deductum, cum aliâs eſſet iniicere laqueum contra *tex. in cap. de viduis 27. quaſt. 1.* quia vix aliqui ad hoc ſpontaneè inducitur.

51 Formam permutationis coram Ordinario faciendâ ponit *Ugolin. dict. cap. 50. numero tertio*, quod primo examinabuntur permutaturi ab Episcopopo, ſeu eius Vicario, iuxta *Tridentin. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18.* Secundo collatio fiet idoneis reperi. Tertio litteræ permutationis ſimul expendantur. Quartò antequam poſſeſſio accipiatur, publicatio fiet de hac permutatione in Eccleſiis permutatis, vel in eorum cõmeteriis iuxta formam *Gregory Decimi. tertij in Bulla incip. Humano vix iudicio.* Poſtremo in poſſeſſionem mittentur, ac Fidei profeſſionem facient. Dum expeditur permutatio, adminiſtrare poſſunt in ſuis Eccleſiis, quas renunciauerunt, cum retineant adhuc poſſeſſionem, *Flaminius libro primo, quaſtione ſeptima, numero nono.* Si aliquando accidat, quod permutatione collatum beneficium euineatur, poterit iſ permutatioe etiam factâ ad reſignatum beneficium Superioris auctoritate redire, *Ror. de ciſ. 3. de rerum permut. in nouis.*

52 Aduertendum denique eſt, quod ſi duo reſignent ſua beneficia ex cauſa permutationis, & factâ collatione vni, alter decedat ante factam ſibi collationem, ſuperſtes non habet reſreſſum ad beneficium à ſe dimiſſum, quia quoad eum permutatio habuit effectum *Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloſ. 15. §. 2. à numero quadraſeſimo*, quamuis ſuperſtes, cui fuit collatum beneficium à compermutante reſignatum, poſſit vtrumque retinere illo decedente antequam ipſe ſuum reſignaret, cum per eum non ſlet, quin permutatio adimpleatur *Leſſi. de iniſtitia, libro ſecundo, cap. 34. numero 197. Azgri. dict. cap. 29. quaſt. 29.*

53 Niſi ambo eſſent incompatibilia, quia tunc mortuo compermutante vacaret beneficium ſuperſtiti, tanquam prius ab eo obſentum, aut certe ei dabitur optio, vt dimittat quod voluerit argum. illorum, quæ tradit *Hoied. de incompatibil. benefic. par. 1. cap. 13. num. 56. & 57.*

54 Permutatio beneficiorum an ob laſionem reſcindi poſſit? quaſtio eſt controuerſa, de qua late *Pinell. in l. 2. c. de reſcind. vendit. parte prima, cap. 3. numer. 16. Couar. libro primo variar. cap. 5. numero 8. Tiraqueſ. in l. ſi inquam, verbo donatione largitus, numer. 122. in fine, Maſcard. de probat. concluſio. ne 1170. numer. 20. Gutier. præſtit. libro ſecundo, quaſt. 139. Flamin. de reſignat. libro tertio, quaſt. 7. numer. 41. Morla in emporio iuris, parte prima, titul. 9. quaſt. 19. numero quarto, Aloſ. Ricci. in praxi aurea reſolutione 463. & reſolution. 465. in quibus præſumatur fraus in permutatione beneficiorum, & reſolut. 480. an*

beneficiorum inæqualitas ſit per ſe ſufficiens ad reſcindendam permutationem.

S Y M M A R I U M.

1 Inſpatronatus Eccleſiaſticum tam per laicos, quam per clericos tribus poſſiſſimum modis acquiritur, ſcilicet fundatioe, conſtructione, & dotatioe.

2 Fundare quis dicitur Eccleſiam, & quando agnoscitur fundum ubi conſtrui debet.

3 Inſpatronatus ex conſtructione quando acquiratur.

4 Edificans Eccleſiam ſi illam à principio non dotauit, poteſt compelli ad illam dotandam, aliâs non dotando amittit inſpatronatus.

5 Conſtruere dicitur is, qui facit expenſas in conſtruendo Eccleſiam, non autem ſaber, qui in eam conſtruit, niſi operam ſuam ponat gratis, vt ſit patronus.

6 Inſpatronatus non acquiritur ex ſola reparatione, ſeu perfectione Eccleſiæ, niſi de nouo conſtruitur.

7 Inſpatronatus, vt ex reparatione acquiratur, totalis Eccleſiæ funditus diruta reſtauratio requiritur.

8 Fundare, & conſtruere Eccleſiam non ſufficit, vt inſpatronatus acquiratur, ſed requiritur illius perfectio.

9 Dotare dicitur ad effectum conſequendi inſpatronatus, qui Eccleſiam dotat, quando ſine illa eſt fundata, & conſtruita.

10 Dotare dicitur, vt acquirat inſpatronatus dotem aſſignans, qua ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum, & ad luminaria.

11 Dotari ſufficienter, quod arbitratibus Ordinarij, non acquirat inſpatronatus.

12 Dotans vt acquirat inſpatronatus debet proteſtari coram Episcopopo ſe dotis nomine dare.

13 Dotans inſufficienter, quamuis Episcopopus conſentiat, non ſit patronus.

14 Inſpatronatus, vt acquiratur ex dotatione de nouo factâ, debet conſtare dotem primam fuiſſe redactam de eſſe ad non eſſe.

15 Inſpatronatus ex dotis argumento non requiritur.

16 Episcopopus non poteſt erigere inſpatronatus ex argumento dotis.

17 Inſpatronatus præſcriptione, vel conſuetudine poſſunt laici acquirere.

18 Laici quare conſuetudine non poſſint in electionibus Episcoporum vocem habere, & poſſint inſpatronatus acquirere, dubitatur.

19 Differentiæ ratio inter vtrumque conſtituitur.

20 Inſpatronatus ex fundatioe, conſtructione, & dotatioe acquiritur, interueniente auctoritate, & conſenſu Ordinarij, non aliâs.

21 Conſenſus in acquisitione inuſpatronatus ex poſt facto interuenire poteſt.

22 Conſenſus in acquisitione inuſpatronatus præſumitur interueniſſe ex diſtinctitate temporis.

23 Conſenſus in inuſpatronatus acquisitione præſupponitur eſt ab Ordinario loci, in quo fundatur Eccleſia.

24 Conſenſus Episcopopi requiritur, ſine ſit laicus, ſine clericus, qui Eccleſiam fundat.

25 Episcopopi conſenſus non poteſt facere patronum vnius capellæ, vel Eccleſiæ ex privilegio aliquem, qui non fundauerit, conſtruxerit, vel dotauerit.

26 Conſenſum ſi diaceſanus in inuſpatronatus acquisitione præſtare noluerit, poteſt ad eum præſtan-

num compelli auctoritate Archiepiscopi, vel Primatis.

27 Vxor nolens consentire alienationi rerum immobilium à marito facta, poterit index illam cogere, si contradictionem iniustam inducaverit.

28 Declaratur tex. in cap. nullus 17. de iurepatroni.

29 Episcopus antequam præstet consensum super Ecclesie aedificatione, quæ de necessitate debeat requirere, attenditur.

30 Prælatus quilibet etiam inferior, dummodo habeat Episcopalem potestatem, potest iurispatronatus acquisitionem consensum præstare.

31 Abbas habens potestatem dandi licentiam aedificandi Ecclesias intra suam parochiam, habet etiam facultatem præstandi auctoritatem & consensum creationi & acquisitioni iurispatronatus.

32 Capitulum sedis vacante potest dare licentiam aedificandi Ecclesias, ut acquiratur iurispatronatus.

33 Vicarius generalis Episcopi sine speciali mandato non habet auctoritatem ad reservationem iurispatronatus.

EPISCOPI SINE consensu an iurispatronatus ac- quiri possit?

ALLEGATIO LXX.

1 Iurispatronatus Ecclesiasticum, tam per laicos, quam per clericos tribus potissimum modis acquiritur, fundatione scilicet, constructione, & dotatione. *glos. in cap. præmentis 16. q. 7. Lambertin. de iurepatroni. p. 1. lib. 1. quæst. 2. cum segg. Paul. de Civitatis cod. tract. p. 3. Roch. verbo Ecclesiam fundavit, & verbo construxit, & verbo dotavit, Fufe. de visitat. lib. 2. c. 10. spin. in speculotestam. glos. 4. princip. Flamin. de resignatio. lib. 4. quæst. 4. numero 40. cum sequentibus, Perex. l. 1. glos. 1. tit. 6. lib. 1. Ordin. praxis Episcopi. p. 1. verbo Iurispatronatus. Nicol. Garcia de benefico. p. 5. cap. 9. à numero 36. Iulian. Vinian. in praxi iurispatroni. p. 1. lib. 2. Cardos in praxi iudicium, verbo iurispatronatus numero 2. cū segg. Camill. Borrell. in sum. omnium decis. tit. 32. à num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 18. numero 33. cum sequentibus, Vgelin. de potestate. Episcopi. cap. 51. in princ. numero 6. Franc. Leo in thesauri fori Ecclesiæ. pag. 2. cap. 6. numero 25.*

2 Fundare quis dicitur ecclesiam quando assignat fundum, ubi construere debet, *cap. nobis, & ibi Doct. de iurepatroni. Iulian. Vinian. in d. praxi iurispatroni. p. 1. lib. 1. cap. 1. à numero 32. ubi numero 37. cum Cardin. in d. cap. nobis numero 3. opposit. a.*

3 Teneri, quod si Ecclesia sit constructa fundo meo in incipio, si postea sit contentus dominium fundi in Ecclesia transferre efficitur patronus, & numero 38. quod acquiritur iurispatronatus etiam quando quis simpliciter assignavit fundum pro Ecclesia construenda, ipsamque construxit, & dotavit, nec dixit se velle esse patronum; si quis dat fundum pro Ecclesia construenda, & alter eam construit, alter autem eam dotet, omnes erunt patroni, *abb. in rub. de iurepatroni. n. 6. Vinian.*

ubi proxime num. 33. & ideo qui habuerit aliquod ius super fundo, in quo contruitur Ecclesia, veluti si ille utile, alter vero dictum dominium habeat, si consentiat constructioni, efficitur compatronus, Roch. diff. verbo Ecclesiam fundavit, num. 19. Vinian. ubi proxime num. 40.

4 Si vero Ecclesiam aedificans eam non dotavit à principio, potest compelli ad illam dotandam, vel eius heredes, alijs non dotando amittit iurispatronatus *Alof. Ricc. in praxi aurea resol. 11. numero 6.*

5 Construere dicitur, qui facit expensas in construendo Ecclesiam, non autem faber, qui eam construit, nisi operam suam ponat gratis, ut sit patronus, *Cardin. in diff. capit. nobis, num. 6. 8. & 9. & quæst. 9. in princ. p. Vinian. ubi proxime à n. 41.*
6 Ex sola reparatione, seu refectione Ecclesie iurispatronatus non acquiritur, nisi de nouo construatur, *glos. 1. in cap. 3. de iurepatroni. Staphil. de litteris gratia, tit. de modo, & forma impetrandi, & sequitur videre, num. 6. Lambertin. libro 1. par. 1. quæst. 6. principal. art. 5. Rota Roman. divers. decis. 598. nu. 1. & 2. par. 1. & decis. 269 par. 2. Menoch. consil. 90. num. 27. & consil. 336. num. 5. cum sequentibus, Alof. Ricc. in praxi rerum feri Ecclesiæ. resolut. 123. vers. declaratur sexto, Azori. instit. moral. par. 2. libro 6. cap. 11. quæst. 10. praxis Episcopi. d. verbo iurispatronatus, pag. 179. spin. in speculo testam. glos. 4. Principal. num. 28. Nicol. Garc. d. cap. 9. à num. 51. Vinian. ubi proxime, nu. 44. Scraphin. Rota decis. 97. Stephan. Gratian. disceptat. forensium cap. 177. num. 26.*

7 Vbi resoluit ad acquirendum iurispatronatus ex reparatione requiri totalem restorationem Ecclesie funditus diruta.

8 Nec sufficit fundare, & construere Ecclesiam, sed requiritur illius perfectio, & ideo si quis cepit tantum aedificare Ecclesiam, & alius perficiat, perficienti acquiritur iurispatronatus, *Lambertin. d. par. 1. quæst. 4. artic. 1. Vinian. d. par. 1. lib. 2. c. 3. num. 1.*

9 Dotare dicitur ad effectum consequendi iurispatronatus, qui Ecclesiam dotat, quando sine illa est fundata, & constructa, tam si dotet ante consecrationem ipsius Ecclesie, *glos. in c. præmentis, 16. q. 7. quam post consecrationem Roch. verbo, & dotavit, n. 4. Vinian. d. par. 1. lib. 1. cap. 1. à num. 51.*

10 Et ea debet assignari dos, quæ sufficiat ad necessaria ministrorum, & ad luminaria, tradit *Abb. in cap. cum sicut. n. 5. de consecrat. & glos. verbo clericum, in cap. ut quisque, de vita, & honest. cleric. Vinian. ubi proxime, numer. 56.*

11 Dotans enim insufficienter, quod arbitratur Ordinarius, non acquirit iurispatronatus, sed dicitur benefactor, *Lambertin. libr. 1. par. 1. quæst. 5. nu. 11. Nicol. Garcia d. c. 9. n. 52. Vinian. d. lib. 2. cap. 4. n. 27. & censuit sacra Congregatio teste Alof. Ricc. in d. praxi resolut. 123. n. 3. vers. declaratur, & resolut. 163.*

12 Discutit quanta dos constitui debeat à patronis, ut acquiratur iurispatronatus. Vnde dotans protestari coram Episcopo, debet se dotis nomine dare, & ad ipsum tunc Episcopum pertinebit arbitrari an intersit hoc Ecclesie necne, & an sit sufficiens dos, *Vgelin. d. c. 51. in princ. n. 6. vers. secundo.*

13 Et si in rei veritate dos Ecclesie assignata congrua non sit, & Episcopus consentiat, tunc dotans non fit patronus, *glos. 1. in cap. quicumque, si secundo, 16. quæst. 7. Vinian. ubi proxime num. 56. in fine.*

14 Ad acquirendum iurispatronatus ex dotatione

Q. iij

de nouo facta, debet conſtare dotem primam fuiſſe reduſtam de eſſe ad non eſſe, *Gonzal. d. gloſ. 18. numero 53.*

15 Hinc etiam ex augmento dotis non acquiritur iuſpatronatus, cum necelle ſit Eccleſiam ſuam dotem amiſſiſſe, & eidem nouam dotem dari *Stephan. Gratian. diſceptas. forenſ. cap. 177. numero 24. & 25. Aloyſ. Ricc. diſta praxi reſolut. 150. per totam, & reſolut. 172.*

16 Reſoluit, quod non poteſt Episcopuſ erigere iuſpatronatus ex augmento dotis, ad quod vide bonam Rotæ deciſionem in vna Firmana iuſpatronatus 21. Febr. 1614. coram Reuerendiſſ. Domino meo Cocim Rotæ Decano apud Farin. par. 2. tom. 1. deciſ. 521.

17 Vnum tamen adderem vtiliſſimum in hac materia, quod ſcilicet laici iuſpatronatus præſcriptione, vel conſuetudine poſſunt acquirere, vt notant omnes per tex. ibi in cap. querelam, de elect. & in capit. generali 13. ibi, fundatiōe, vel antiqua conſuetudine, eodem tit. lib. 6. cum ſimilibus, reſoluit Roch. de iurepatronatus, verbo ipſe, vel is, à quo, à num. 18. Lambertin. eodem tract. lib. 1. par. 1. quaſt. 10. princip. artic. 1. Balb. de præſcrip. par. 1. quinta, num. 71. Couar. in regul. peſſeffor. 2. par. §. 10. à num. 2. pleniffime Gilchen. de præſcription. par. 3. cap. 9. à num. 3. & per totum.

18 Verum maxima eſt difficultas, quia laici nulla ratione fieri poteſt, vt quacunque conſuetudine in electionibus Episcoporum vocem habeant, vt probant tex. in cap. cum terra, 14. & in cap. quiſquis, 44. & in cap. Maſſana, 50. de elect. & vltra Ordinarios explicant Firman. de Episcopo, libro 1. par. 3. quaſt. 60. & lib. 2. par. 1. q. 31. Balb. d. 1. p. quinta, q. 7. n. 17. & q. 10. n. 4. Selu. de benefic. par. 3. quaſt. 13. num. 12. & 21. Non video enim quare magis conſuetudo illa eligendi Episcopos, ſit interdiciſta ſacris Canonibus, hæc vero conſuetudo acquirendi iuſpatronatus ſit permiſſa; cum conſtet iuſpatronatus, ſeu ius præſentandi ad Eccleſias ſimiliter ſpirituahbus eſſe annexum, iuxta tex. in cap. quanto, de indiſc. & in c. de iure, de iurepatronat. ac ſubinde, vel circa vtrumque admitti debet conſuetudo, & præſcriptio; vel circa vtrumque prohibita debuit cenſeri, propter ſimilitudinis rationem, ex regul. cap. cum dilectiſta, de confirmatione vtili, cum ſimilib.

19 Cui difficultati occurrì poteſt assignando differentie rationem, quam inter omnes verioremduco, quod ſcilicet electio non competit niſi illis, qui de collegio ſunt, aut Capitulo, quia eis ſolis lege Canonica tale ius referuatum eſt, iuxta tex. in dicto capit. 1. & cap. quia propter, de elect. Sicut etiam ius decimandi annexum eſt officio adminiſtrationis Sacramentorum, cap. 1. de decimis: quare cum laici incapaces ſint vtriuſque adminiſtrationis, ſcilicet Sacramentorum, & Collegij, ſeu Capituli eccleſiaſtici, merito etiam incapaces cenſentur iuris decimandi, & iuris eligendi; non ita iuſpatronatus, quod neque Ordini, neque Officio ſpirituah annexum eſt, ſed potius ab Eccleſia conceſſum, quibuſcunque etiam laicis fundantibus, conſtruentibus, vel dotantibus Eccleſias, vel eorum heredibus, iuxta cap. decernimus cap. filijs, vel nepotibus, 16. quaſt. 7. cap. 1. & per totum, de iurepatronat. & conſequenter neque poſſeſſio deficit, neque aliquid aliud ex quo præſcriptio impediatur ſecundum iuris rigorem; quamuis

attento nouo iure Concilij Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. probanda neceſſario ſit ſententia Archidiaconi, quia aperte Concilium videtur excludere omnem titulum iuſpatronatus, qui non fuerit ex fundatiōe, vel dotatiōe, vel per multiplicatas præſentationes, quæ omnium hominum memoriã excedant, atque ita quacunque aliam præſcriptionem, vel conſuetudinem excludit, de quo videbis multa, quæ late tradunt Menoch. conſil. 141. per totum, vol. 2. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 90. per totam, præcipue à num. 16. Cenall. communium contra communes quaſt. 614. & latiffime Garcia de benefic. par. 5. cap. 9. à numero 37. & numero 81. cum ſequentibus, & adde multa, quæ de probatione iuſpatronatus tradit Maſcard. de probat. conſul. 559. & infra All. ſeq. latius tractabimus.

20 Ex prædictis tribus cauſis iuſpatronatus acquiritur interueniente auctoritate, & conſenſu Ordinarij, non aliàs, cap. nobis, & ibi Doct. de iurepatron. Roch. verbo pro eo, quod de diœceſani conſenſu, Lambertin. diſt. par. 1. quaſt. 5. artic. 3. cum ſeq. Rot. diuerſ. deciſ. 222. & 223. num. 3. par. 1. & deciſ. 85. par. 2. Perez. diſt. l. 1. quaſt. 5. Fufch. diſt. cap. 10. num. 5. praxiſ Episcop. d. §. 2. Aloyſ. Ricc. in diſta praxi reſol. 123. numero 2. in 2. edit. Nicol. Garcia diſt. cap. 9. numero 71. Viſian. d. par. 1. libro 1. cap. 1. num. 24. Cardin. Tufch. lit. 1. conſul. 600.

21 Qui quidem conſenſus ſufficit, quod interueniat ex poſt facto, vt cenſuit Rota in vna Aqueſ. iuſpat. 7. Nouemb. 1601. coram Illuſtriſſ. Lancelotta referunt Garcia. par. 12. cap. 2. num. 209. & Aloyſ. Ricc. d. reſolut. 123. num. 3.

22 Et præſumitur interueniſſe ex diuturnitate temporis, adificatione capellæ cum inſignibus, & armis, & viſitatione ſuperioris capellæ, vt fuit reſolutum per Rot. in vna Romana iuſpat. 10. Martij 1595. coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinale Milino, referunt Garcia diſt. cap. 9. num. 7. Capitaqueſ. deciſio. 185. par. 2. & fuit pariter deciſum in vna Lucane Capellæ 20. Junij 1567. coram Seraphino, nunc eſt inter impreſſ. deciſ. 871. num. 3. & in vna Mediolanen. iuſpatron. 3. Aprilis 1615. coram R. P. D. Pironano apud Farin. deciſ. 674. par. 2. tom. 2. maxime cum diu Eccleſia pro Eccleſia ſit habita, & in ea Miſſæ ſint celebratæ, & ſunt campanæ Lambertin. d. quaſt. 12. artic. 6. & 7. num. 2.

23 Et conſenſus hic præſtandus eſt ab Ordinario illius loci, in quo fundatur Eccleſia, Cardin. in d. cap. nobis, num. 1. praxiſ Episcop. d. verbo iuſpatronatus, §. 5. Lambertin. d. quaſt. 2. artic. 8. Roch. d. verbo pro eo quod, num. 21. Viſian. d. par. 1. libro 1. cap. 1. numero 30. & lib. 2. capit. 1. numero 11. vbi numero 18.

24 Quod non eſt neceſſarius conſenſus Capituli. Requiritur ſemper Episcop. conſenſus, ſue ſit laicus, ſue clericus, qui Eccleſiam fundat Lambertin. diſta quaſt. 2. artic. 10. Viſian. d. lib. 2. cap. 1. nam. 13. etiam in Capella fundata iuſſu teſtatoris, & tunc cum dictus conſenſus interuenierit poſt eius mortem, iuſpatronatus ortum duxiſſe dicitur à die præſtiti conſenſus, & ideo dictum iuſpatronatus non dicitur eſſe in hæreditate teſtatoris, Lambertin. diſt. q. 2. art. 11. num. 2. Viſian. d. lib. 2. capit. 1. nu. 14.

25 Huiusmodi Episcop. conſenſus non poteſt facere patronum vnius Capellæ, vel Eccleſiæ ex priuilegio aliquem, qui non fundauerit, con-

struxerit, vel dotauerit ecclesiam ipsam, vel Capellam *Abb. conf. 106. num. 4. vol. 2.* quia non potest Episcopus rei sacre sine legitima causa hac seruitutem iurispatronatus imponere: quod non procedit quando verus patronus cum consensu Episcopi, vult in alium iurispatronatus transferre.

26 Si Diocesanus suum consensum prestare noluerit, potest ad eum prestandum compelli auctoritate Superioris Antistitis, videlicet Archiepiscopi, vel Primatis, ita *Card. in d. cap. nobis, quest. 6. Abb. conf. 59. col. 3. vers. tertio principaliter confidendo, p. 2. Lambertin. d. q. 2. art. 16. & 17. Vinian. d. lib. 2. cap. 1. numero 19. & 20. Azgri. instit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 3. q. 10.* Vbi resoluit, quod quando requiritur consensus vnus in fauorem, & gratiam alterius, si renuerit consentire absque legitima causa, possumus Superiorem adire, vt cogat eum ad consentiendum.

27 Sic etiam maritus, qui bona immobilia sine vxoris consensu alienare non potest de iure Regni Lusitaniae, & Castellae, & vxor contradicat alienationi, poterit iudicem adire, qui causam contradictionis diligenter examinet, quam si iniustam iudicauerit, suo arbitrio contrahendi potestatem concedet, *Tirag. de iure mariti gloss. 8. num. 127. cum sequentibus, Menoch. de arbitror. casu 211. n. 6. cum sequentibus, Azned. l. 4. d. n. 1. tit. 3. lib. 5. noua recopil. Gonzal. ad reg. 8. cancel. gloss. 47. numero 37. Cald. Pereira de extinct. emphit. cap. 12. num. 11.*

28 Non obstat tex. in cap. nullus, 17. de iurepatron. dum ibi Episcopi Adonen. negligentia non Superiori Antistiti, videlicet Archiepiscopo, sed Papae nuntiatur; quia respondetur praedictum Episcopum, quia erat exemptus, alium superiorem non recognoscere nisi Papam, & ideo ad illum pro supplenda eius negligentia fuit recursus Lambertin. lib. 1. p. 2. art. 20. nu. 9. Stephan. Quarta in sum. bullar. verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. decima nona, n. 25. in fine.

29 Episcopus antequam praestet consensum super Ecclesiae aedificatione, de necessitate debet requirere, quod fundans assignet dotem pro ipsa Ecclesia per publicum instrumentum, & si Episcopus ecclesiam consecraret non accepta dote, de suo eam dotare teneretur, cap. cum sicut, de consecration. Eccles. vel Altaris, Lambertin. lib. 1. p. 1. q. 5. art. 10. In cuius dotis datione requiritur diocesani consensus, sicut in fundatione, & constructione, qui diocesanus qualitates dotantis exquirat, & quomodo dos sit constituenda, & an sit congrua, vel sufficiens; alias dotans non acquireret iurispatronatus, sed dos libere ecclesiae remaneret Ioan. And. in d. cap. nobis col. 1. Lambertin. art. 11. vbi supra, & art. 13. Resoluit quod si in datione dictae dotis insufficientis consenserit Diocesanus, acquiritur dotanti iurispatronatus, sed ab eo poterit peti supplementum, & art. 14. tenet quod qui dat pretium pro emenda dote de consensu diocesani sit patronus.

30 Ordinarij nomine in hac materia venit qui libet Praelatus etiam inferior, dummodo habeat episcopalem potestatem Vinian. p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 17. vnde in vna Smolen. iurispatron. 18. Nouemb. 1578. coram D. Cantuccio, quae est in 2. p. diuers. decis. 85.

31 Fuit resolutum Abbatem habentem potestatem dandi licentiam aedificandi ecclesias intra

suam Parochiam, in quam consequentiam habere etiam facultatem praestandi auctoritatem, & consensum creationi, & acquisitioni iurispatronatus, & sic potestas dandi licentiam construendi ecclesiam trahit secum, tanquam quid consequutium, potestatem consentiendi acquisitioni iurispatron. & dicta potestas dandi licentiam aedificandi ecclesiam, videtur concedi ad finem, vt aedificans acquirat iurispatron. &c. fuit firmatum 23. Martij 1579. vt in decis. 93. ead. p. 2.

32 Capitulum Sede vacante potest etiam dare licentiam ecclesiam aedificandi, vt acquiratur iurispatronatus Lambertin. vbi supra art. 9. Pavin. de potestate Capituli Sede vacante p. 5. q. 2. num. 5. Nicol. Garcia d. cap. 9. num. 79. Vinian. d. p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 12.

33 Vicarius Generalis episcopi speciali mandato, non habet auctoritatem ad reservationem iurispatronatus, dixi Alleg. 54. num. 74.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurispatronatus de vno in alium quatuor principaliter modis transi. i potest.
- 2 Iurispatronatus successione transfertur, quando cum vera vniuersitate venit, idest, cum hereditate in qua quis succedit.
- 3 Iurispatronatus cum vera vniuersitate ad haereditatem mittitur siue sint sui, siue extranei, siue succedant ex testamento, siue ab intestato.
- 4 Haereditati paterna non potest filius renuntiare, & retinere iurispatronatus.
- 5 Possessor bonorum succedit in iurispatronatus, cum sit vt heres.
- 6 Curator haereditatis iacentis potest praesentare ad beneficium iurispatronatus dictae haereditatis.
- 7 Iurispatronatus haereditate vendita alicui villa, vel castro annexum in emptorem transi.
- 8 Contrarium verum est, quando iurispatronatus esset de per se principale, & distinctum.
- 9 Iurispatronatus in fideicommissarium, cui restituta est hereditas, non transi, sed remanet penes heredem.
- 10 Iurispatronatus vbi cum vniuersitate, siue cum haereditate transfertur, non requirit Episcopi consensum, siue vero si de per se transferatur.
- 11 Iurispatronatus translatio in Ecclesiam, seu locum religiosum valet sine Episcopi consensu.
- 12 Iurispatronatus translatio in laicum sine Episcopi consensu fieri non potest.
- 13 Consensus Episcopi in translatione iurispatronatus requiritur, vt aduertat an interueniat labe simoniae.
- 14 Capituli consensus in translatione iurispatronatus non requiritur copulative cum consensu Episcopi.
- 15 Consensus Episcopi in translatione iurispatronatus debet esse expressus, nisi scienter admissa ab Ordinarij fuisset.
- 16 Donatio iurispatronatus sine Episcopi consensu legitima praescriptione praesumitur.
- 17 Consensus in translatione iurispatronatus debet esse Episcopi illius diocesis, in qua sita est Ecclesia.
- 18 Consensus Episcopi in translatione iurispatronatus ex post facto potest adhiberi.
- 19 Consensus vbi requiritur in aliquo actu quandocumque praestetur, actus semper est validus.
- 20 Iurispatronatus per donationem de vno in alium transi.